

ACCADEMIA TOSCANA DI SCIENZE E LETTERE
«LA COLOMBARIA»

«STUDI»
LIII

SESTO PROPERZIO

IL PRIMO LIBRO DELLE ELEGIE

INTRODUZIONE, TESTO CRITICO E COMMENTO

a cura di

PAOLO FEDELI



FIRENZE
LEO S. OLSCHKI EDITORE
MCMLXXX

Williams *Trad. a. Orig.*

G. WILLIAMS, *Tradition and Originality in Roman Poetry*, Oxford, Clarendon Press 1968.

Willige

Propertius, Elegien, lat. u. deutsch hrsg. u. übers. von W. Willige, München, Heimeran Verlag 1950.

Wimmel *Kall. i. Rom*

W. WIMMEL, *Kallimachos in Rom. Die Nachfolge seines apologetischen Dichtens in der Augustuszeit*, Hermes Einzelschr. 16, Wiesbaden, Steiner 1960.

SIGLA

N codex Neapolitanus, nunc Guelferbytanus Gudianus 224, circa annum 1200 scriptus

A codex Leidensis Vossianus Lat. 38, circa annum 1300 scriptus

F codex Laurentianus plut. 36.49, circa annum 1380 scriptus

P codex Parisinus 7989, anno 1423 scriptus

D codex Daventriensis I 82 (olim 1792), saec. XV scriptus. Incipit 1, 2, 14

V codex Ottobonianus Vaticanus 1514, saec. XV scriptus

Vo codex Leidensis Vossianus Lat. 117, saec. XV scriptus

Δ consensus codd. D V Vo

ω consensus codd. N A F P V Vo ab initio usque ad 1, 2, 13

N A F P D V Vo a 1, 2, 14 usque ad libri finem

ς codices deteriores

Itali viri docti renascentis aevi, quorum nomina in antiquis commentariis non proferuntur

IL PRIMO LIBRO DELLE ELEGIE

SEXTI PROPERTI ELEGIARVM
LIBER PRIMVS

1

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,
contactum nullis ante Cupidinibus.
tum mihi constantis deiecit lumina fastus
et caput impositis pressit Amor pedibus,
donec me docuit castas odisse puellas 5
improbis, et nullo uiuere consilio.
et mihi iam toto furor hic non deficit anno,
cum tamen aduersos cogor habere deos.
Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores
saeuitiam durae contudit Iasidos. 10
nam modo Partheniis amens errabat in antris,
ibat et hirsutas ille uidere feras;
ille etiam Hylaei percussus uulnere rami
saucius Arcadiis rupibus ingemuit.
ergo uelocem potuit domuisse puellam: 15
tantum in amore preces et bene facta ualent.

Incipit propertius N: incipit monobiblos propercii aurelii naute ad tullum A: incipit monobiblos propertii aurelii naute ad tullium. heroys prima F: monobiblos propertii aurelii naute ad tullum. incipit liber primus feliciter P: propertii aurelii nautae umbri monobiblos incipit ad tullum V: *inscript. caret* Vo

1-1 prima] sola P, *corr.* P² cepit] fecit A F P (*corr.* F⁴ P³) 3 tunc A F P 5 castas docuit V (*corr.* V²) Vo 7 ei mihi *Rassberg* totis ... annis P V (*corr.* V²) Vo: toto ... annis A F (*corr.* F⁴) 9 Minalion N A F P V: mimalion P⁴ nullo A F (*corr.* F⁴) 11 *post hunc uersum duos uersus excidisse put. Housman* 12 ille] saepe *cod. Vat. Linneii, prob. Bailey* uidere] *ferire Heinsius; clere Baehrens* 13 psi(y)lli ω, *corr. Franciscus Arretinus* uulnere] arbore A P (*ab sup.* F⁴): uulnere *in ras.* P²: *pondere codd. Passeratii:* robore c: *uerbere Baehrens* 17 non nullas ω: non illas *Dousa sen., corr. c*

in me tardus Amor non [n]ullas cogitat artis,
 nec meminit notas, ut prius, ire uias.
 at uos, deductae quibus est fallacia lunae
 et labor in magicis sacra piare focis, 20
 en agedum dominae mentem conuertite nostrae,
 et facite illa meo palleat ore magis!
 tunc ego crediderim uobis et sidera et amnis
 posse †Cythalinis† ducere carminibus.
 aut uos, qui sero lapsum reuocatis, amici, 25
 quaerite non sani pectoris auxilia.
 fortiter et ferrum saeuos patiemur et ignis,
 sit modo libertas quae uelit ira loqui.
 ferte per extremas gentis et ferte per undas,
 qua non ulla meum femina norit iter: 30
 uos remanete, quibus facili deus annuit aure,
 sitis et in tuto semper amore pares.
 in me nostra Venus noctes exercet amaras,
 et nullo uacuis tempore defit Amor.
 hoc, moneo, uitate malum: sua quemque moretur 35
 cura, neque assueto mutet amore locum.
 quod si quis monitis tardas aduerterit auris,
 heu referet quanto uerba dolore mea!

2

Quid iuuat ornato procedere, uita, capillo
 et tenuis Coa ueste mouere sinus,
 aut quid Orontea crinis perfundere murra,

18 memini A F (corr. F⁴) P 19 aut Hartman pellacia c 20 sacra] fata
 Fontein: astra Unger 22 placeat A F 24 cythalinis N: citalinis F P;
 cithalinis A F³ P²; cytalinis V Vo: cithelinis V²: citeinis P rec. in mg.: cithalinis
 N²: Cytaeacis Guyet: Cytaeines uel Cytinacis Hertzberg: Cytaeiadis Leo, alii
 alia 25 aut] et N A F P V Vo: at F⁴, corr. Hemsterhugis 29 forte ...
 fer(r)e A F (corr. F³) 31 facilis F ore c 32 et] ut Richards 33 nostra]
 dura Francius: uestra Richards 36 locum] torum Otto

2 ad cy(i)nthiam A F: ad cinthiam improprio cultus P: ad cyn-
 thiam amicam V

1 uitta A F⁴: uicta F P (corr. P²): uincta F³: uita V² in ras.